

HOLY SEE PRESS OFFICE  
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE  
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS

# BOLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0482

Sabato 01.09.2012

Pubblicazione: Immediata

Sommario:

- ◆ RINUNCE E NOMINE
- ◆ LETTERA DEL SANTO PADRE AL SUO LEGATO PONTIFICO PER LA CONSACRAZIONE DELLA CATTEDRALE DI KARAGANDA (KAZAKHSTAN, 9 SETTEMBRE 2012)
- ◆ LETTERA DEL SANTO PADRE AL SUO INVIAUTO SPECIALE PER IL 600° ANNIVERSARIO DELLA CREAZIONE DELL'ARCIDIOCESI DI LEOPOLI DEI LATINI (LVIV, 8 SETTEMBRE 2012)

## ◆ RINUNCE E NOMINE

### RINUNCE E NOMINE

- NOMINA DI INVIAUTO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL 125° ANNIVERSARIO DELL'ARCIDIOCESI DI DHAKA (BANGLADESH) E DEL IV CENTENARIO DELL'EVANGELIZZAZIONE DEL TERRITORIO BENGALESE (9-10 NOVEMBRE 2012)

Il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Cormac Murphy-O'Connor, Arcivescovo emerito di Westminster, Suo Inviato Speciale alle celebrazioni del 125° anniversario dell'Arcidiocesi di Dhaka (Bangladesh) e del IV centenario dell'evangelizzazione del territorio bengalese, previste nei giorni 9 e 10 novembre 2012.

[01085-01.01]

**LETTERA DEL SANTO PADRE AL SUO LEGATO PONTIFICO PER LA CONSACRAZIONE DELLA  
CATTEDRALE DI KARAGANDA (KAZAKHSTAN, 9 SETTEMBRE 2012)**

In data 7 luglio 2012 il Santo Padre Benedetto XVI ha nominato l'Em.mo Card. Angelo Sodano, Decano del Collegio Cardinalizio, Suo Legato Pontificio per la consacrazione della Cattedrale di Karaganda (Kazakhstan), prevista per il 9 settembre 2012.

Il Cardinale Legato Pontificio sarà accompagnato da una Missione composta da:

- S.E. Mons. Athanasius Schneider, O.R.C., Vescovo Ausiliare di Astana;
- Rev.do Mons. Konrad Krajewski;
- Sig. Prof. Giovanni Rocchi.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Papa all'Em.mo Card. Angelo Sodano:

• **LETTERA DEL SANTO PADRE** *Venerabili Fratri Nostro  
ANGELO S.R.E. Cardinali SODANO  
Collegii Cardinalium Decano*

Grato laetoque animo nuper accepimus proximo mense Septembri in praecilla urbe Karagandensi cathedralē templum sollemni modo consecratum iri. Illo die tum Cazakistaniae sacri Praesules et presbyteri tum Christifideles laici gratias omnipotenti Deo agent ob tanta Eius beneficia quae superiores per annos toti inibi christianaē communitati largiri est dignatus.

Cum de eventu magni momenti agatur, Excellentissimi huius Nationis sacrorum Antistites nec non ipse Reipublicae Praeses humanissime Nosmet Ipsos invitaverunt ut, felici data occasione consecrationis cathedralis, pastorale iter in Cazakistaniam faceremus, Evangelium Christi dilectis fratribus sororibusque ibi adstantibus praedicaturi.

Grati omnino de invitatione ista, aliquem potius eminentem decrevimus virum quaerere, qui Nostras vices Karagandae posset gerere Nostramque erga istum gregem dilectionem manifestare. Ad Te ergo, Venerabilis Frater Noster, qui olim munus Secretarii Status studiose exercuisti et nunc Decanus es Collegii Cardinalium quique die XVIII mensis Maii anno MMIII primum lapidem huius cathedralis templi aedificandi benedixisti, mentem Nostram vertimus Teque hisce Litteris LEGATUM NOSTRUM nominamus ad consecrationem dictae ecclesiae, quae die IX proximi mensis Septembri in memorata urbe perficietur.

Sollemni praesidebis Eucharistiae atque omnes adstantes sermone tuo ad diligentiores usque Christi imitationem cohortaberis: oportet enim ut novis viribus novoque studio peculiarem dilectionem Christi Ecclesiae et Evangelii demonstrent atque fidei virtute cotidie ardeant.

Rogamus Te etiam ut Nostram omnibus ibi congregatis salutationem afferas, Episcopo nominatim Karagandensi ceterisque sacris Pastoribus, presbyteris, religiosis viris ac mulieribus christifidelibusque laicis. Exoptamus denique ut verba Nostrae benevolentiae etiam ad civiles auctoritates nec non aliarum religionum assecelas extendas et ad omnes qui Ecclesiae missionem, libertatis religiosae notionem atque sincerum personae humanae bonum studiose fovent.

Nos autem Te, Venerabilis Frater Noster, in tua missione implenda precibus ferventer comitabimur. Denique Benedictionem Nostram Apostolicam libentes Tibi impertimur, signum Nostrae erga Te benevolentiae et caelestium donorum pignus, quam omnibus celebrationis participibus rite transmittes.

Ex Arce Gandolfi, die XXVII mensis Iulii, anno MMXII, Pontificatus Nostri octavo.

[01086-07.01] [Testo originale: Latino]

**LETTERA DEL SANTO PADRE AL SUO INVIAUTO SPECIALE PER IL 600° ANNIVERSARIO DELLA  
CREAZIONE DELL'ARCIDIOCESI DI LEOPOLI DEI LATINI (LVIV, 8 SETTEMBRE 2012)**

In data 11 agosto 2012 il Santo Padre Benedetto XVI ha nominato l'Em.mo Card. Jozef Tomko, Prefetto emerito della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli, Suo Inviato Speciale per il 600° anniversario della creazione dell'Arcidiocesi di Leopoli dei Latini, in programma a Lviv (Ucraina) sabato 8 settembre 2012.

Il Cardinale Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione composta da:

- Rev.do Gerard Liryk;
- Rev.do Anatol Szpak,

Riportiamo di seguito la Lettera del Papa all'Em.mo Card. Jozef Tomko:

**• LETTERA DEL SANTO PADRE**

Venerabili Fratri Nostro  
**JOSEPHO S.R.E. Cardinali TOMKO**  
Congregationis pro Gentium Evangelizatione Praefecto emerito

Sexcentesimus recolitur annus ex quo tempore Archiepiscopalnis Metropolitana Ecclesia Leopolitana est condita. Remotis illis temporibus illa ad loca benignissimi Domini salus comportata est. Spiritale illud sparsum semen, divina suffragante gratia, grandescere valuit atque uberes ferre fructus. Nec nostra aetate Decessoris Nostri beati Ioannis Pauli II defuit incitamentum qui illuc se contulit, animum christianorum addens ad Redemptoris sequelam probandaque proposita tenenda.

Admodum ideo decet et convenit ut eventus hic congrua ratione celebretur, quo fidelium voluntates impensis ad salubria consilia vertantur et virtutum christianarum studium roboretur, unde tota ecclesialis inibi compages verbis praecepsisque Salvatoris plenius imbuatur.

Quocirca ut ritus hic magnificentius efficaciusque evolvatur, Venerabili Fratri Mieczlao Mokrzycki, Archiepiscopo Metropolitae Leopolitano Latinorum, subvenire libenter cupientes, mittere aliquem eminentem Praesulem statuimus, qui partes Nostras sustineat et Personam agat, venturo potissimum die VIII mensis Septembris, cum Leopoli sollemnia agentur et sancti Iacobi Strega reliquiae per urbis vias ferentur.

Ad te autem, Venerabilis Frater Noster, cogitationem convertimus, qui prorsus idoneus occurris ad ministerium hoc praestandum et luculenter explendum. Itaque permagna moti affectione, te, Venerabilis Frater Noster, **Missum Extraordinarium Nostrum** eligimus et constituimus ad celebrationem quam supra diximus gerendam.

Palam demum benevolentiam Nostram declarabis et sollicitudinem, dum preces pariter fundimus ut animi mentesque renoventur ac insigni pietate locupletentur. Salutationem tandem fervidam omnibus transmittas et Benedictionem Nostram Apostolicam universis simul huius eventus participibus nomine Nostro Nostraque auctoritate largiaris cupimus, quae sit divinarum gratiarum nuntia laetabilisque temporis signum.

Ex Arce Gandolfi, die **VIII** mensis Augusti, anno MMXII Pontificatus Nostri octavo.

BENEDICTUS PP. XVI[01087-07.01] [Testo originale: Latino][B0482-XX.01]

